DE ISLANDIA INSVLA
ISLANDIA glacialis insula in oceano septentrionali sita: inter Austrum, et Boream extenditur: ac adeò grandis est, ut ducentorum propè Scoenorum eius sit longitudo. Hanc Thylem, seu Thulem nonnulli esse existimant: in qua Solstitio aestiuo (ut Plinius ait) sole Cancri signum transeunte, nox nulla ferè: & contrà (ut Solinus refert) autumnali, siue brumali Solstitio, nullus penè dies. Vulpes, ursos, coruos, falconesq; (ut vocant) albos nutrit. Spiritus hic esse aiunt, humanis ministeriis manifeste se exibentes. Ignemq; praeterea aquam consumentem. In mari uero, cete grandia, eorum lingua trolhual dicta, instar montium; quae nisi tubarum sonu, doliisq; ligneis in mare proiectis, terrerentur, ludificarenturq; naues summergerent. Aliaq; praeterea multa.
TRAMONTANA
Cripto Porticus
Borghem
Mons Crucis
Holensis
Mons Sanctus
LEVANTE
PONENTE
Mons Helgafiel
Chaos
ISLANDA
Abbatia Helgeial
Chaos
Sulfur
Mons Heclafiel
Saxa
Scalholdin
Chaos
Hanafiord
Vestrabord
MEZZO DI